



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

50. An privilegia Bullæ Cruciatæ, vel Jubilæi quatenus continent
potestatem dispensandi, sint strictè, vel latè interpretanda? Et quid
dicendum est de facultate concessa alicui eligendi Confessarium, ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76359](#)

RESOL. L.

An Priuilegia Bulle Cruciate, vel Iubilai quatenus continent potestatem dispensandi, sunt stricte vel late interpretanda?

Et quid dicerum de facultate concessa aliqui eligendi confessariorum, qui cum absoluat a peccatis, & censuris, (loquor extra Iubilaeum, & Bullam Cruciate,) an sit stricte, vel late interpretanda?
Ex part. 8. tract. 3. Resol. 48.

§.1. *E*sse stricte interpretanda tenet Cominek de Sacram. disp. 33. dub. 2. n. 14. Salas de legibus disp. 20. scilicet 11. n. 100. Sanchez de Matrimonio lib. 8. disp. 2. n. 7. & alij. Et rationem adducunt; quia non sunt priuilegia aetatis seu beneficii ipsius dispensans, sed passim ipsius personae Bullam accipientis, vel Iubilaeum obtinentes, & ideo, cum contineant iuris communis relaxationem, tanquam odiosa restringenda sunt.

2. *Sed ego merito, tract. de Bull. Cruc. resol. 98. do-*

*cui priuilegia Bullae, & Iubilaei, quatenus continent facultatem dispensandi, esse late interpretanda. Et ita hanc sententiam praefer Henriquez, Villalobos, Torrez, & Suarez, quos ego, *vbi supra*, adduxi, me citato tenet Trullench. In Bull. Cruc. in Praemios. dub. 4. n. 4. & etiam me citato Merolla tom. 1. disp. 4. cap. 6. n. 91. Castrus Palauis tom. 1. tract. 3. disp. 4. punct. 11. n. 7. & alij. Et ratio est; nam etiā ex rationis adducta pro sententia Sanchez, & aliquot hæc facultas est stricte interpretanda: at ob fines, & circumstantias huius confessionis late explicanda est: sicut de dispensatione in favore pia cauile, & religionis diximus. Nam finis principius huius facultatis non est aliquod priuatum commodum sumentis Bullam, & obtinentis Iubilaeum, sed est commune bonum Ecclesie, & subuentio illius in aliqua publica necessitate: ergo ex hac parte latam accepit interpretationem. Item hæc potestas dispensandi, & absoluendi ordinatur ad lucrandum efficacius indulgentiam, & remissionem peccatorum concessam: Indulgentia autem, & remissio cum sit Principis beneficium, ne inni nocens, nec iuri communi aduersum, late est explicandum, ergo etiam & hæc potestas. Igitur dicendum est, si priuilegia Bullæ sumuntur propter continent potestatem dispensandi, committandi, vel absoluendi, non sunt stricte, sed late interpretanda, & extendenda ad casus quoquomodo adaptabiles casibus in potestate expressis, & sublata verborum significacione. Ita Trullench *vbi supra*.*

3. *Sed quid dicendum de facultate concessa aliqui*

eligendi Confessariorum, qui cum absoluat a peccatis, plene sup.
hoc lege tam
men in tom.
1. tr. 1. do-
ctrinam; &
consequen-
tias Ref. 1. §.
Quamvis nō
eligi possit, nisi aliter consuet de mente con-
cedentis. Mouetur, quia si pro peccatis committendis daretur, ansam præberet liberis peccandi: ergo
non est extendenda ad illas; friuola ratio, cum hoc per accidens sit, & non à facultate proueniens, sed à
maliitia abutentis.

4. *Sententiam vero Azorij sequitur Castrus Pa-*

laus tom. 1. dispensatione 4. punct. 11. num. 8. vbi sic
est: Absolutè dicendum videatur hanc facultatem
strictè interpretandam esse, si ob bonum priuatum
ipsius absoluendi concessa fuerit: ac proinde ad so-
las censuras contrarias, & peccata commissa extendi
posse, non ad committenda, quia est favor singula-
ris personæ derogans legi communis reservationis
est

Ex supra dictis tamen obserua, quod sicut in du-
bio, au dispensatio extendenda ad aliquem casum, in
interpretandum est, eam non extendi; Ita in dubio, an
potestas dispensandi extendenda, ut virtute, nullus pos-
sit dispensari in aliquo casu, interpretandum esse ex
tendere. Ratio dispositatis, est quia illa strictam, hæc au-
tem amplian interpretationem sortitur. Ita Stuhica
de uo. q. 6. n. 57. & alij.

Tom. 111.

est enim illi facultas inchoata dispensatio, & exentię à lege comitum, quia ceteri adire superiorē teneantur pro absolutione; ipse verò ab illa obligatio eximuit: ergo tanquam dispensatio in lege est strictè interpretanda: ergo non debet extendi ad omnes casus, quibus verba adaptari possunt. Notanter, apposui strictè interpretandam esse, si ob bonum priuatūm absoluendi concessa fuit facultas, nam si ob bonum commune, vel ob aliquod singulare ita graue, & necessarium, ut eius grauitas præpondet derogationi legis communis, concessa facultas latè tunc interpretanda erit. Ita Palau, cui ego addo Suarez de Religion. tom. 2. lib. 6. de voto, cap. 16. n. 2.

5. Sed affirmatiuum sententiam, nempe talem facultatem esse latè interpretandam, tradunt aliqui, ac proinde comprehendere non solum peccata commissa, sed etiam committenda: tum quia verba generaliter prolati, generaliter sunt intelligenda; tum etiam quia fater anima saluti, ne peccator in peccatis fordescat. Et ita tenent Salas de legibus, diff. 17. scilicet 8. num. 51. & Bonacina disputat. 1. quest. 3. punct. 7. §. 1. num. 1.

RESOL. LI.

An Pontifex possit dispensare in recitatione Horarum Canoncarum?

Et an recitatio Horarum Canoncarum sit de iure diuinio, vel etiam de iure naturali; & qualitas Officii sit de iure positivo Ecclesiastico?

Et an Papa possit dispensare cum quocumque Clerico, vel Regulari, ut licet possit vii Breuiario quod ei libuerit?

Et è contra an non possint Episcopi, & Prelati Regulares cum suis subditi dispensare, vt non recitent Officium diuinum iuxta ritum Breuiarij Pij V. ad quod tenerentur, sed iuxta aliud Breuiarium approbatum. Ratio est: quia illa obligatio nascitur ex lege Summi Pontificis, in qua non potest inferior dispensare saltem sine causa, unde si ita dispenset, non solum iniusta, sed etiam inuidia erit dispensatio, ita Nauart. c. 11. de oratione. n. 30. §. secundo inferior. P. Azor. par. 1. lib. 10. c. 13. q. 11. fine, P. Suardus tom. 2. de Relig. lib. 4. de horis Canon. c. 1. num. 6. & P. Reginaldus lib. 1. 8. scilicet 6. dub. 2. num. 170. propositione 2. fin. P. Fillius tom. 2. rr. 12. 3. c. 6. q. 2. m. 186. Bonac. tom. 1. tr. de horis Canon. diff. 1. q. 3. punct. 1. n. 19.

Et an ex rationabili causa in hoc possint dispensare, ut aliquando non tamen in perpetuum, nec per modum Constitutionis recitent de Sancto, die, quia effent recitatur in Feria? Ex part. 8. tractat. 3. Resol. 10. 1.

§. 1. R espondent negatiū aliqui Canonistae cum Panormitanō in cap. 1. de celebrat. Miss. ne-gantes Papam posse in hoc dispensare: quia purant, id esse de iure diuinio, iuxta illud Psalm. 7. Septies in die laudem dixi tibi, vel etiam de iure naturali, cum omnibus huiusmodi obligatio solum sit de iure positivo, vt notat Syllester verb. Hora, quest. 8. Nauart. in manual. cap. 25. num. 102. & cap. 11. de orat. num. 24. 25. & 31. Azor. part. 1. lib. 10. cap. 13. quest. 9. Suarez de Horis Canonis. c. 27. n. 37. Sanchez lib. 7. consil. cap. 2. dub. 53. Vasquez de beneficio. cap. 4. §. 1. art. 1. dub. 12. num. 54. Tol. lib. 2. cap. 14. & alii.

2. Dico igitur, quod si quis teneatur ad Horas ratione Ordinis sacri, sive ratione beneficij Ecclesiastici, aut professionis religiosae, potest Pontifex cum illo dispensare, vt non recitet, cum omnibus huiusmodi obligatio solum sit de iure positivo, vt notat Syllester verb. Hora, quest. 8. Nauart. in manual. cap. 25. num. 102. & cap. 11. de orat. num. 24. 25. & 31. Azor. part. 1. lib. 10. cap. 13. quest. 9. Suarez de Horis Canonis. c. 27. n. 37. Sanchez lib. 7. consil. cap. 2. dub. 53. Vasquez de beneficio. cap. 4. §. 1. art. 1. dub. 12. num. 54. Tol. lib. 2. cap. 14. & alii.

3. Hinc à fortiori infertur, posse Summum Pontificem dispensare cum quocumque Clerico, vel Regulari, ut licet possit vii Breuiario, quod ei libuerit, ac proinde posse dispensare cum aliquo, vt non reci-

ter Officium iuxta Breuiarium Romanum, ad quoq; anteā tenebatur, & cum eo, qui tenebatur, recitare cum Breuiario sive Religionis, v.g. sancti Benedicti, & non iuxta illud, nec iuxta Romanum Breuiarium, sed possit vii Breuiario sancti Dominici, vel quocumque alio alterius Ecclesie, vel Religionis, Ratio est: quia superior potestatem habet dispensandi in sua lege, sed secundum communem sententiam qualitas Officii est de iure positivo Ecclesiastico; ergo potest Pontifex in eo dispensare. Hæc est communis sententia. Angelus verb. Hora, num. 6. Tabiena dictio 15. num. 16. Syllester q. 8. mun. 9. Armilla num. 11. Nauart. cap. 11. num. 31. dictio 4. de oratione: & cap. 19. n. 217. dictio 3. P. Suardus tom. 2. de Relig. lib. 4. de horis Canonis, cap. 2. 3. n. 16. P. Reginaldus lib. 18. cap. 12. scilicet 6. dub. 2. n. 170. propofit. 2.

4. E contra verò afferendum est, non posse Episcopos, & Prelatos Religionum dispensare cum suis subditis, vt non recitent Officium iuxta ritum Breuiarij Pij V. ad quod tenerentur, sed iuxta aliud Breuiarium approbatum. Ratio est: quia illa obligatio nascitur ex lege Summi Pontificis, in qua non potest inferior dispensare saltem sine causa, unde si ita dispenset, non solum iniusta, sed etiam inuidia erit dispensatio, ita Nauart. c. 11. de oratione. n. 30. §. secundo inferior. P. Azor. par. 1. lib. 10. c. 13. q. 11. fine, P. Suardus tom. 2. de Relig. lib. 4. de horis Canon. c. 1. num. 6. & 1. 23. n. 17. P. Reginaldus lib. 1. 8. scilicet 6. dub. 2. num. 170. propositione 2. fin. P. Fillius tom. 2. rr. 12. 3. c. 6. q. 2. m. 186. Bonac. tom. 1. tr. de horis Canon. diff. 1. q. 3. punct. 1. n. 19.

5. Concedo tamen posse Episcopos, & Prelatos Religionum dispensare cum suis subditis, ex rationabili causa, vt aliquando, non tamen in perpetuum, nec per modum constitutionis, recitent Officium de Sancto, die, quia effent recitatur de feria, si praesertim mutatio fiat secundum rubricas illius Breuiarij, quo ipsi viri literi, ita docet Tabiena verb. hora, dictio 16. num. 17. Armilla lib. 1. num. 13. qui referunt pro hac sententia Magistrum Vincentium in constitutionibus fratrum Predicorum, diff. i. cap. 1. idem docet P. Suardus tom. 2. de Relig. lib. 4. de horis Canon. cap. 1. num. 6. fin. P. Fillius tom. 2. tract. 2. cap. 7. quest. 4. dictio 1. n. 129. Dari tamen potest iusta causa semel, vel bis dispensandi, in vno, vel alio occurrente causa, non autem ad dandam dispensationem permanentem, vt quis possit semper, & pro arbitrio suo id facere, ita P. Suardus cap. 2. 3. n. 17. P. Reginaldus, & P. Fillius locis citatis; si verò dispensatio daretur ad mutantum Officium propriæ Religionis cum Romano in priuata recitatione, etiam sine causa dari potest: nam secundum nostram sententiam, etiam sine dispensatione fieri potest. Ad mutantum verò Officium vnius Religionis, cum Officio alterius, semel, aut bis, ex rationabili causa dispensatio concedi posset: aduertit autem P. Suardus loco citato, n. 17. fin. maiorem causam necessariam esse, si detur licentia ad facientes mutationes alias communis iuri, & consuetudini repugnantes, adeo vt ob hanc rationem videatur nulla, si a tali Prelato absque causa concedatur.

RESOL. LIL

An dispensatio concessa Subdiacono, vt possit vxorem ducere, libertet eum a recitatione Officii diuinio. Et quid est dicendum, si singulam T. istum maritum, unum ratum cum Catharina contraxisse & deinde clam ad Diaconi, vel Subdiaconi ordinem, & gradum esse promotum?

Et circa hoc aliqua alia notabilia explanantur. Ex part. 8. tract. 3. Rel. 34.

§. 1. Nega